



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

cum celestia predicantur: naturalia silere cum virtutes loquuntur. Tu. R. Isti sunt sci. **vs.**
Arguitur itaque infans. **Le. iij.**
tuum etas in laudem que delictorum non nouerat crimen. Dignus a dignis laudatur: et innocens innocentium testimonio predicatur. Accipiunt enim a christo et reddunt consequuntur et referunt. Uno enim tempore et qui dederat recipit et quod acceperat reddit. Uno in tempore sua christo redduntur dum eius laudes illi ab infantibus referuntur. Tu. R. Centum quadraginta. **Le. deum dicitur.** Si autem fuerit dies dominica dicuntur nouem lectiones cum totali historia sicut in die. Ad laudes ante et cetera omnia sicut in die. Post primum benedicamus supra de domina et non plura. Ad horas ante de laude. Ad. R. dicitur. Gloria patri. In secundis versis sicut in die. Post primum benedictionis suffragia de domina et non plura. In vigilia epiphaniae si fuerit dies dominica. Inuitatorum antiphona. **ps. R.** per totum sicut dominica infra octauas natiuitatis. **Sermo beati marini episcopi.**
Inuestigabiles. **Lectio. I.**
humanis sensibus dispositiones esse diuinas ipsa operum dei altitudo testatur: sed eo magis nobis christi sunt ueneranda mysteria quo magnitudine

sue capacitatem ingenij moralis excedunt. Tu autem. **Le. ij.**
At ideo fratres cum annunciatum et nobis sempiternus ille unigenitus dei patris cui subiacent omnia et per quem creata sunt uniuersa sub fine temporum nasci uoluisse de femina infantiam perpeti nostre carnis subire consortia tante dignationis gratiam non debemus examinare sed credere nec discutere sed mirari. Quid est equus: quid ue tam paruum: quod ut in rebus diuinis omnipotentiam magis sequamur deique sapientiam mundi. Tu autem domine. **Lectio iij.**
Nodie igitur nobis sicut de curia euangelij lectione cognouimus secundum carnem natus est christus. Incipiens quid est esse quod non erat sed non desinit esse quod erat: Nec enim natiuitas hominis imminuere aut separare indiscrete maiestatis poterat unitatem. Quod de deo patre processit ineffabilis ac permanentis est secretum uirtutis quod homo natus est ex femina nostre salutis est gratia. Illi gloria nature hic mysterium uoluntatis. Tu autem. **Le. iij.**
Quis ergo fratres profundus hoc celestis consilij ualeat estimare quod immortalitatis dominus incorrupteque substantie: ut conditione carnis mortem